



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini Origines ac
Progressus, Per Italiam, Hispaniam, Galliam, Germaniam,
Belgium, aliasque orbis Christiani prouincias**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt XLI. Reicherspergense Monaste- apud Bauaros.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11321

CAPVT XLII.

REICHERSPERGENSE MONASTE-
apud Banaros.

Cœnobium istud ad Oenum supra Eb-
dreberch & Passau fundasse scribuntur
Bernardus Comes de Reichersperg, & Diet-
purga ipsius coniunx, quæ fuit soror Geb-
hardi Archiepiscopi Salisburgensis, ex fa-
milia Comitum de Helfenstain, vt refert
Munsterus in sua Chronographia, ex relati-
one Lucretij Cancellarij Salisburgensis, &
Bruschius, vbi de Laureato veteri, sub Alt-
manno Episcopo, agit.

In Chronicis autem Salisburgensibus non
fit mentio ipsius Gebhardi familiæ, præter i-
sta verba, *Alto Sueuorum genere natus, patre Ca-
tholdo, & matre Agata.* Auétinus scribit, Ber-
nardum & coniugem eius Dietburgim foro-
rem Gebhardi Salisburgensis Episcopi, vnà
cû filio Gebhardo, Comitibus à Plain, Reich-
ersperg fundasse. Credibile est illos Reich-
ersperg possedisse, prout alia multa bona in Au-
stria, supra Anassum, Bohemiam versus: De
quo vide librum Stemmatum, Bauariæ.

Conradus Archiepiscopus Salisburgensis,
dedit huic monasterio, pro meliori sustenta-
tione pauperum 61. fratrum, decimas paro-
chiarum, Putinæ & Bramberg, vnà cum de-
cimis

cimis noualium in filua Putinensi, vsque ad terminos Vngarorum, & vsque ad montem Hartperg; excepta tamen Canonica ibidem portione parochorum, an. 1142.

Confirmat ac magis declarat hanc donationem successor Conradi, Eberhardus Archiepiscopus, anno 1156.

Similiter quoque Conradus Archiepiscopus, anno 1448.

In libro decimo, Rapsodiarum Ioannis Auentini, ita annotatum reperio: *Anno Domini 1084. Reichersperg Castro, VVernherus prepotens Boius, super flumine Oeno, Patauiensis diocesis, vxor eius Drietpirga, soror Gebhardi Archiepiscopi Saliburgensis. Is post mortem vnici filij Gebhardi & vxoris, cum oriretur lis eo viuo inter agnatos eius de hereditate, castrum demolitur, D. Michaeli templum dedicat, Canonicis regularibus attribuit: post Albinus, filius Arbonis, fratris huius VVernheri, viuente patruo, sacerdotes pellit, pradium occupat, VVernherus in tutelam presenti Gebhardo Archiepiscopo Saliburgensi tradit, pauloque post obiit III. Non.*

Octobris, ad arcam Sanctæ Crucis, cum filio & vxore sepultus. Sic ferè Hundius in Metropoli sua Saliburgensi.